



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Theologia Polemica**

**Burghaber, Adam**

**Fribvrgi Helvetiorvm, 1678**

Mariæ Sanctissimæ Dei Genitrici. Augustissimæ Cælitum Reginæ.  
Dominæ Terrarum Clementissimæ Virgini Sine Macula Conceptæ.  
Potentissimæ Hæresum De Bellatrici D. D. D.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72462](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72462)



THEOLOGIA

POLYMICA

IN QUA

DOCTRINAE CATHO

MARIAE  
SANCTISSIMAE  
DEI

GENITRICI

Augustissimae Caelitum Reginae.

Dominæ Terrarum Clementissimæ

VIRGINI

SINE MACULA CONCEPTÆ.

POTENTISSIMAE  
HERESUM

DEBELLATRICI  
D. D. D.

*Calixtus . . .  
Cassianus  
1000.*



ANNO DOMINI MDCCLXXXVII

FRANCISCO RECTORUM

JOHANNIS FRONZII





**P**atiere DOMINA, ut cum suo libro Auctor pedibus TUIS supplex ad-  
volvatur: & hic & ille extra omnem controversiam TUUS est ex asse-  
rotus: utrumque benignis, si lubet, fuscipe Manibus, utrumque gra-  
tioso, quo tuos consuevisti, dignare oculo, ac protectione; ridebo ob-  
trectantium tela, si TU defendis, ex qua velut turres Dauidica mille pendent  
clypei, & omnis armatura fortium; neque sanè alterius mihi quarendum, aut ambiendum  
dixi patrocinium, quàm illius, cujus in hoc opere luculentum sensi auxilium; cumque  
ejusdem officij sit, parva rueri, ac parere tuenda, agnoscit hæc mea THEOLOGIA PO-  
LEMICA meliorem TE, quàm me parentem, & sponte in eum sinum redit, unde  
tota prodijt, TE siquidem SUMMA IMPERATRICE dictante, hoc belli genus  
& formam concepti; TE classicum canente arma in hostes fidei nostræ corripui; TE  
suppetias è caelo ferente, quæ terribilis es, ut castrorum acies ordinata, in certamen descen-  
di, quod tandem TE quoque mecum calamum stringente feliciter absolvi. Liceat hîc  
mihi illud Justiniani Imperatoris epiphonema usurpare, quod olim Tabulæ nobilissimæ  
à se in Sanctæ Sophiæ templo dedicatæ inscribi voluit. TUA DE TUIS. TUA sunt  
dona quæ tibi offero, TUA arma quæ tibi consecro, TUA spolia quæ ad aram  
cæli suspendo, TUÆ denique Victoriæ, quas orbi scribo & canto; quia etsi Vi-  
ctoria nobis per JESUM CHRISTUM data est, per TE tamen nobis CHRIS-  
TUS, & cum eo omnis Victoria obrigit, præsertim adversus falsa dogmata,  
quæ filij TUI Regnum & Tunicam inconsutilem scindunt. His maximè ini-  
mica es, neque enim VERITATIS MATER potes non odisse mendacium, aut sole  
justitiæ vestita cum sis, ferre errorum tenebras. Quot monstra hæresum nasci vidit, &  
horruit orbis, tot repressas hydras TUIS annumerat trophæis: earum strages TUAM attol-  
lit & accumulât gloriam, quippe quas spiritu oris TUI, qui Christus est, interfecisti. Un-  
de non immeritò Ecclesia, veteres imitata choros, TIBI Victrici in lætitiæ signis occur-  
rens, his verbis applaudit. Gaude MARI A Virgo cunctas hæreses sola interemisti in uni-  
verso mundo; Hanc scilicet confusionem in domo stygij Nabuchodonosor TU UNA, sed fortis mulier  
excitasti: Adgradulante scilicet caelo, respirante mundo, dolente inferno, ejusque infe-  
licissimo Tyranno, dum non sine vana jam ira intueri cogitur TUIS pro Ecclesia Mili-  
tante auspicijs inclinatas suas acies, confusos Ordines, & evertas vires: Nec mi-  
rum: non hodie primam de illo palmam reportas, posteaquam palmarem il-  
lam in Conceptione TUA sanctissimâ victoriam retulisti, prioribus sæculis planè in-  
auditam; ibi primùm advertit callidus serpens se à Virguncula delusum, qui olim mu-  
lieri ac viro illuserat: conabatur quidem pestem Virgineæ animæ TUÆ afflare, sed nullum  
relinquebas DEO & gratia plena, veneno ac vulneri locum, quin imò dum venenata  
cauda infernalis Draco TE cogitat in communem orbis ruinam trahere, pessimè capiti  
suo consuluit, eo namque per TE obruto, repere nunc cogitur, insultare nequit, & vires  
non modò TIBI, sed & alijs, quos salvos cupis, nocendi perdidit. Sic pænè prius orsa  
vincere, quàm vivere, auspiciam nobili triumpho vitam perpetuis deinde coronis in-  
nexuisti, quas vel hodie è caelo toties auges, quoties in servis TUIS pugnas, TIBI enim pu-  
gnare, idem ac triumphare est.

Sub TUUM igitur præsidium OPOTENTISSIMA DOMINA confugio,  
tuis stipendijs mereri cupio. Da Christiani militis officio & virtute sic certem ad-  
versus hostes TUOS, ut sub extremam luctam solemne illud Divi Pauli epinicium ca-  
nere possim. Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi: in reliquo reposi-  
ta est mihi corona justitiæ, quam reddet mihi per TE FILIUS TUUS, justus Judex. Qui  
in agone contendentibus & vires suppeditat, ut possint, & animos, ut audeant, & præ-  
mia, quæ sperent. Dignetur ille Maternis exoratus precibus suos in me, & TUOS coro-  
nare favores. Ita voveo, ita spero.

Clientum Infimus

ADAMUS BURGHABER.

APPRO.

Burghaber  
Theologia  
Polemica  
XXI  
9<sup>a</sup>